

an dar v.l.Ea,
or dies hebben
e niet vullen
aerbeyd toe
e vvele van
i, endem
VVEERDICH.
heeft
dienan
VVREE
ent 164

IN VENERIS EXILIVM
Clarissimi & Consultissimi
V I R I
OLIVERI VREDI

Indolis, ingenique tui sum factus amator,
In Cypriam legi cum tua metra deam.
In quibus offendendi laudanda, & multa probanda,
Quin etiam castis multa legenda viris.
Ut cælum stellis, ut stillis pontus abundat;
Hoc ita præceptis dulce poëma scatet.
Nec mirum, decoret cum te prudentia Iuris,
Atque iuuet Phæbi, Pieridumque favor,

Ludere mi VREDI simili tu perge poësi,
Et meritò de te fama loquetur annus;
Atque ita lectorum tibi devincire benignum,
Ingenium cuius tu geniumque colis.

I N M O M V M.

Desine Mome mei VREDI reprehendere scripta;
Namque eius nomen vix puto posse mori.
Accidit hoc paucis, talem mea Bruga tulisti,
Matte animo, & civem tu venerare tuum.

Pepigit IACOBVS LERNVTIUS.